# NOTAS Y DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA DE VILASACRA

**(y II)**

Por Mª JOSEFA ARNALL JUAN

# X

Palol de Vilasacra, 26 de Junio de 1564

Censal de sesenta y un sueldos de pensión anual, precio de sesenta y una libras, vendido por Juan Pagés de Vilatenim y Pedro Puig de Cinclaus, tutores de Margarita, huérfana de Juan y Margarita Masó de Vilabertrán, a Jerónimo Andreu y a Jaime Moner, administradores de Caridad común de Vilasacra.

(Dim.: 780 x 370 mm.; Caja: 725 x 350 mm.)

Noverint universi quod nos Joannes Pages Devall loci de Vilatenimo et Petrus Puig loci de Quinque Clavibus tutores dati decreti et assignati per venerabilem curiam loci de Vilabertrando, persone et bonorum Margarithe filie et heredis Joannis Maso junioris et domine Margarite coniugum deffunctorum loci de Vilabertrando quia pro solvendis et satisfaciendis funeris impensa et multis et diversis creditis et signanter arrendatoribus tabule generalis principatus Cathalonie pro tempore quo dictus Maso pro eisdem tenuis tabulam in dicto loco qui et .alii multi creditores censualiste instant execucionem contra bona dicte pupille quibus satisfacere ex bonis dicte pupille non possimus cum in dicta hereditate bona mobilia aliqua non fuerint pe/../os reperta ex eo quia dictus Maso tempore pestis vita functus fuerit quo tempore nec postea per multum temporis spacium non fuit dictus //in// gressus ad dictum locum et sic bona mobilia eiusdem hereditatis fuerunt delipidata furto abstrata et deperdita et cum in dicta hereditate non sint peccunie numerabiles nech alia bona ex quibus commodus dictis creditoribus satisfieri possimus minori dampno utiliorique modo quam per viam vendicionis censualis infrascripti pluribus viis per nos indagatis et perquisitis. Idcircho gratis et ex certa sciencia dicto tutorio nomine et eciam nomine nostro proprio utilitateque dicte pupille et nostra in et super hiis recte previsa cognita et diligenter attenta per nos dicto nomine et dictam pupillam et suos ach nostros respective heredes et succesores quoscunque presentes atque futuros vendimus et titulo pure et perfecte vendicionis concedimus et tradimus seu quasi tradimus vobis honorabili Hyeronimo Andreu loci de Palaciolo de Vilasacra presenti et Jacobo Moner eciam cultori loci de Vilasacra gerundensis diocesis absenti anno presenti charitaderiis charitatis comunis dicti loci de Vilasacra vulgo dicta den Jordi Llombart ementibus nomine et ad opus dicte charitatis et de peccuniis eiusdem et dicte charitati et vestris in eadem succesoribus perpetuo instrumento tamen gracie redimendi mediante sexaginta unum solidos monete Barchinone censualis annuales rendales et perpetuales sive de censuali mortuo comuniter nuncupatos quos imponimus oneramus cavivamus et assignamus in et super omnibus et singulis bonis nostris dictis nominibus et cuiuslibet nostrum insolidum et dicte pupille et suorum mobilibus et inmobilibus presentibus et futuris ubique eciam privilegiatis qualitercunque quosque sexaginta unum solidos annuales rendales censuales et perpetuales vobis et vestris et quibus dicto nomine volueritis perpetuo solvemus et solvere promittimus per nos dictis nominibus et per dictam pupillam a die presenti et infrascripta ad unum annum primo et continue venturum et sich deinde anno quolibet simili termino sive die allatos positos et portatos

nostris dicto nomine et dicte pupille propriis missionibus periculis et expensis intus domum habitacionibus vestri et vestrorum in predicis succesorum ubicumqu eam feceritis et fecerint infra tamen diocesis gerundensis franchos si quidem quitios liberos et immunes ab omnibus et singulis emparis marchis reppresalis et impedimentis pure libere et absolute et absque aliqua condicione compensacione et rettencione nisi tantummodo faciendi apocham de soluto in recepcione eorumdem sub pena tercii curie cuicumque inde ius danti er ad quam pro premissis recursus habitus fuerit quam curiam possitis et possint vos dicto nomine et vestri in adminastricione (sic) dicte charitatis succesores eligere variare et mutare semel et pluries pro vestro libito voluntatis acquirendi pro qualibet solucione in totum vel in partem solvi cessata post tamen novicionem seu requisicionem decem dierum et si forte aliquo anno vel aliquibus annis lapso termino solucionis seu solucionum aliquarum dicti censualis contigerit vos dicto nomine et vestros in admiseracionem dicte charitatis succesores ire vel mittere ad nos dictis nominibus seu ad dictam pupillam nuncium aliquem vel procuratorem aliquorum et vestrorum in hiis succesorum pro peticione dicti censualis vel alicuius pactis seu quantitatis eiusdem aut racione vel occasione ali//quorum// supra et infra in presenti instrumento contentorum et promissorum gratis et ex certa sciencia convenimus et promittimus /roto/ nominibus vobis et vestris dicto nomine quod dabimus et solvemus tam nostro proprio quam eciam dicte pupille respective nomine vobis dicto nomine et /roto/ charitati et suis in regimine dicte charitatis succesoribus aut ipsi nuncio et procuratori vestro et vestrorum pro salario scilicet et labore cuiuslibet videlicet diei qua circha hec vaccabitis seu vaccabunt aut laborabitis seu laborabunt quinque solidos monete Barchinone ultra quod dabimus et solvemus dictis nominibus nostrique dabunt et solvent vobis dicto nomine et vestris in dicta administracione successoribus omnes et singulas missiones sumptus expensas damna et interesse quos quas et que vos vel vestri in hiis succesores feceritis et sustinueritis aut fecerint et sustinuerint quoquo modo super quibusquidem missionibus sumptibus expensis damnis et interesse predictis credatur vobis dicto nomine et vestris vestro et ipsorum solo plano simplicique verbo sive pestibus et iuramento vel saltem solo simplici iuramento quod vobis et eis nunch pro tunch et contra defferimus et pro delato id penitus haberi volumus ex pacto nullo alio probacionum genere requisito seu exacto renunciantes prefatis nominibus scienter super hiis legi sive iuri dicenti delacionem iuramenti ante sui prestacionem non valere seu posse revocari et omni alii iuri hiis obvianti. Hanch autem vendicionem predictotum sexaginta unius solidorum censualium annualium rendalium et perpetualium vobis dicto nomine et eidem charitati et vestris in administracione ipsius et quibus dicto nomine volueritis et voluerit perpetuo fieri dictis nominibus prout melius et utilius ad vestrum vestrorumque bonum sanum et firmum intellectum dici potest et intelligi precio videlicet sexaginta unius librarum monete Barchinone que prout asseritis processerunt videlicet quinquaginta libre ex luicione dicte charitati facta per honorabiles consules dicti loci de Vilasacra et residue undecim libre ex luicione eidem charitati facto per Michaelem Bramon loci de Garriguella quodquidem precium a vobis dictis nominibus confitemur et recognoscimus nos prefatis nominibus habuisse et recepisse voluntati nostre omnimode numerando et ideo renunciando excepcioni dicte peccunie non numerate non habite et non recepte preciisque predicti non habiti et non recepti et doli omnique alii

excepcioni et si forte nunch plus valet hec vendicio aut eaque huiusmodi vendicionis vigore perceperitis valebuntve a modo precio prelibato totum illud plus quantumcumque sit vel fuerit vobis et vestris donamus et scienter perpetuo remittimus irrevocabiliter inter vivos renunciantes scienter super hiis legi qua deceptis ultra dimidiem iusti precii subvenitur et omni alii iuri hiis obvianti constituentes nos previis nominibus predicta que prefato nomine vobis vendimus pro vobis dicto nomine et vestris vestroque et eorum ach dicte charitatis nomine tenere et possidere vel quasi donec inde de eisdem corporalem et vaccuam seu quasi acceperitis possessionem quam liceat vobis sepe dicto nomine et vestris in administracionem dicte charitatis quandocumque volueritis vestras propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam penes vos et vestros et quos volueritis perpetuo licitte rettinere cedendo nichilominus et dando inde vobis et vestris et quibus dicto nomine volueritis perpetuo et dicte charitati et suis in administracionem ipsius succesoribus in predictis omnia iura et loca nostra omnesque voces vices raciones et acciones nostras et cuiuslibet nostrum reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extraordinarias et alias eciam quarumque nobis dictis nominibus et dicte pupille et suis ach nostris respective heredibus et succesoribus in predictis et eorum occasione pertinencia et pertinentes pertinereque debentia et debentes quoquo modo quibus iuribus locis vocibus vicibus racionibus et accionibus et aliis predictis possitis vos et vestri et quos volueritis perpetuo in et super predictis uti agere et experiri in iuducio et extra iudicium agendo scilicet et deffendendo et iniunctis aliis modis contraque cunctos prout et quemadmodum nos sepe dictis nominibus facere poteramus ante huismodi instrumenti confeccionem iuriumque et accionum cessionum et possemus eciam facere nunch vel eciam postea quandocumque. Nos enim premissis nominibus facimus et constituimus vos iam dicto nomine et dictam charitatem et vestros in administracionem eiusdem succesores et quos dicto nomine volueritis et voluerint perpetuo in premissisque vobis et vestris vendimus dictis nominibus veros dominos et procuratores in rem vestram et vestrorum propriam ad faciendum inde vestras vestrorumque omnimodas voluntates. Insuper convenimus et promittimus vobis premissis nominibus vobis dicto nomine et vestris in administracionem dicte charitatis successoribus quod predictum censuale quod vobis vemdimus facemus prefixis nominibus vos et dictam charitatem et suos in administracionem ipsius succesoris habere tenere colligere percipere et possidere in sana pace et secure contra cunctas personas et inde vobis et vestris semper firmiter teneri volumus et promittimus dictis nominibus de evictione omni quemadmodum missionibus sumptibus interesse in litte et extra preterea convenimus et promittimus prelibatis nominibus vobis dictis emptoribus pretactis nominibus et vestris in administracionem dicte charitatis succesoribus virtute iuramenti infrascripti et sub pena viginti solidorum dicte monete que casu quo comittatur vobis et vestris in hiis succesoribus quo ad medietatem et curie seu curiis inde ius danti seu dantibus quo ad aliam medietatem acquiratur tociens quociens commitatur quod de et super pactis vel infrascriptis aut aliquo predictorum vel infrascriptorum firmabimus dictis nominibus nech dicta pupilla nech sui firmabunt vobis dicto nomine nech vestris in dicta administracione succesoribus ius nec de iure in aliqua curia ecclesiastica vel seculari nech proinde

causabimur nech nostri causabuntur vobiscum vel cum vestris nech littem intrabimus seu intrabunt nec ferias vel inducias petemus vel petent nech libellum cessionis bonorum beneficium occurremus neque dicta pupilla nech sui recurrent neque aliquam excepcionem compensacionem excusacionem diffugium seu maliciam aut causam opponemus seu opponent propter quas seu que possemus aut possunt solucionem seu soluciones dicti censualis seu aliquam earum in totum seu in partem differri et alias super predictis vel eorum aliquo nos preciis nominibus iurare neque impetrabimus nech impetrabunt nech obtinebimus seu obtinebunt graciam aliquam privilegium provisionem elongamentum guidaticum aut supercedimentum a serenissimo domino nostro Aragonum rege nec a serenisima domina regina eius consorte nech ab aliqua alia persona humili vel excelsa ecclesiastica vel seculari de hiis potestatem habente vel eciam habitura talia concedendi in preiudicium vel retardacionem huiusmodi censualis vel solucionum eiusdem vel alicuius earum positoque concederentur in favorem rei publice aut ex quacumque alia necessitate ubi eciam foret extrema quod absit sive eciam motu proprio aut ex mera liberalitate concedendis quequidem poena tociens commutatur et exhigi possit quociens per nos dictis nominibus super premissis fuerit contrafactum et dicta pena commissa vel non soluta vel non aut alias graciose remissa semel et pluries nichilominus predicta et infrascripta omnia et singula rata maneant perpetuo atque firma et ad eorum observacionem omnino et efficaciter teneamur nos et nostri iam dictis nominibus et compelli possimus efficaciter et cum effectu omni excepcione remotta renunciantes scienter super hiis omni firme iuris et pro ferimento eiusdem litti intrande et cause ducende libelli oblacioni et eius excepcioni iudicis assignacioni et eius officio cessionis bonorum beneficio et libello ac recursui ipsius cessionis et omnibus et singulis feriis maliciis excepcionibus et deffensionibus quibuscumque a iure vel consuetudine aut alias qualitercumque introductis et introducendis et omnibus et singulis graciis elogamentis privilegiis et supercedimentis impetratis vel impetrandis et obtentis vel obtinendis tam in generali quam in speciali et omnibus et singulis quibus contra predicta vel eorum aliquo venire possemus dictis nominibus et dicta pupilla et sui venire possint vel nos dictis nominibus iuvare renunciamus inque pacto convento cuilibet legi sive iuri dicentique qui factum promittit solvendo interese liberatur ab ipsa promissione et alii dicenti quod poena semel exacta amplius peti seu exigi non potest et alii dicenti poenam quantitatis sortem excedere non posse immo volumus prelibatis nominibus et expresse consentimus vobis prefato nomine et vestris i redictis succesoribus quod si vobis /roto/ cis cessatum fuerit in aliqua seu aliquibus solucionem sive solucionibus dicti censualis vel in aliqua eorum parte seu quantitate alique iuris solemnitate minime expectat nech querimonia vel retro querimoniam super hiis facta nec alias si illo aliquo curie servato fiat et fieri possit exequcio rigida et fortis contra nos nomine proprio et dictam pupillam et suos ach nostros respective heredes et succesores et bona nostra et nostrorum et cuiuslibet nostrum et eorum insolidum tam mobilia quam immobilia et tam privilegiata quam non privilegiata presentia et futura habita ubique et habenda prout vos vel vestri in hiis succesores hoc duxeritis et duxerint requirendum et captis pignoribus pro predictis in continenti sine aliquo temporis spacio et dierum intervallo ipsa pignora vendantur vendique possint et habeant plus offerenti seu offerentibus tatiter quod in continenti et de presenti ex preciis ipsarum pignorum habeatis vos et vestri solucionem sive soluciones inde cessatas ex dicto censuali

et omnes missiones sumptus damna et interesse si quos vel si que vos dicto
95 nomine et vestri in administracione dicte charitatis succesores feceritis et fecerint
et sustinueritis vel sustinuerint in iudicio et extra quoquo modo et non possimus
iam dictis nominibus nech dicta pupilla nech sui vel nostri respective heredes et
succesores predicti possint dicere proponere vel allegare in iudicio vel extra quod
curritor publicus sive curia deberet ipsa pignora certo tempore capta tenere
antequam subasterentur vel quod idem curritor seu curia deberet ipsa pignora
publice subastare antequam venderentur vel quod ipsa pignora non deberent
statim brevi tempore subastari aut tali vel tam modico precio distrahi sive vendi
nech aliquas alias exepciones opponemus vel opponi faciemus nech opponent
nostri in hiis succesores de iure vel de facto directe vel indirecte aut alias quovis
100 modo quominus exequcio fieret per modum superius adnotatum quoniam nos
dictis respective nominibus et dicta pupilla quantum ad predicta et infrascripta
omnia et singula efficaciter observanda tam spacio decem viginti sex et triginta dierum
quibus curritor publicus in curia deberet ipsa pignora publice subastare antequam
vendantur quod spacio seu mencium qua datur condempnatis in personali
accione quam spacio quinquennali quam eciam omnibus et singulis spaciis dila-
cionibus excepcionibus diffugiis et deffensionibus et aliis quibuscumque a iure vel
consuetudine aut alias qualitercumque introductis et introducendis quam eciam
omnibus aliis et singulis quibus contra predicta vel infrascripta aut eorum aliquod
nos dictis nominibus et dicta pupilla et sui ach nostri respective heredes et
succesores possemus aut possint vel propter quas predicta exequcio posset in
105 aliquo impedire seu eciam retardari ex certa sciencia et consulte renunciamus
pacto convento poenitus de presenti quam generalem renunciacionem tantum
valere volumus dictis nominibus ach eciam operati in hac parte quantum si
specialiter et nominatim cuicumque legi stilo usui spacio dilacioni racioni et
consuetudini contra predicta vel eorum aliqua facienti seu facientibus quoquo
modo esset per nos preciis nominibus et per dictam pupillam especialiter et
expresse renunciatum et tam pro predictis sexaginta uno solidis annualibus
rendalibus censualibus et perpetualibus termino et solicione ante dicits vobis
dicto nomine et eidem charitati et vestris in administracione ipsius succesoribus
perpetuo ex solvendis faciendis et prestandis eviccioneque predicta quod pro aliis
110 omnibus et singulis supradictis attendendis firmiter et complendis tenendis et
inviolabiliter observandis obligamus dictis nominibus vobis iam dicto nomine et
eidem charitati et vestris in administracione dicte charitatis succesoribus omnia et
singula bona et iura nostra propria et dicte pupille et nostrorum et cuiuslibet
nostrum et ipsius insolidum mobilia et inmobilia presentia et futura habita ubique
et habenda eciam quovis modo et iure privilegiata renunciantes scienter super hiis
dictis nominibus beneficiis et iuribus dividendarum et cedendarum accionum et
novarum constitucionum epistoleque Divi Adriani et consuetudini Barchinone
loquenti de duobus vel pluribus insolidum se obligantibus nech non foro nostro et
cuiuslibet nostrum proprio et ipsius fori privilegis et legi si convenerit Digestum de
iurisdiccione omnium iudicium et iuri revocandi domum et omni alii iuri obvianti
et submittimus nos dictis nominibus et nostros et dictam pupillam et suos et
115 quales nostrum et eorum insolidum et omnia et singula bona et iura nostra et
nostrorum et dicte pupille et suorum quo ad hec foro districtui examini execucioni
//cuiuscumque// curie seu illarum quarumcunque curiarum ad quam seu quas de
et pro premissis recursus habitus fuerit et habito recursu ad unam curiam nichilo-

minus possitis vos et vestri recurrere et recursum habere ad aliam vel alias curiam seu curias et sepius pro vestro et eorum libito voluntatis variare renunciantes scienter super hiis legi sive iuru dicenti quod varians non debet audiri et seu quod non est licitum variare et alii legi sive iuri dicenti quod ubi ceptum est iudicium ibi suum debet assumere finem et omni alii iuri hiis obvianti et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant roboris firmitate, convenimus et promittimus dictis nominibus ach eciam sponte iuramus per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta in manu et posse notarii publici infrascripti tanquam publice persone hec a nobis prelibatis nominibus nomine vestri dicto nomine et vestrorum et aliorum omnium quorum interesse et intererit stipulantis legittime et recipientis huiusmodi vendicionem ceteraque omnia et singula alia supra dicta que et prout dicta sunt supra nos dictis nominibus et dictam pupillam et suos ach nostros respective heredes et succesores semper rata grata et firma semper habere tenere et servare attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire aliqua racione iure modo vel causa. Actum est hoc in loco de Palaciolo de Vilasacra die vigesíma sexta mensis iunii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Sig + na Joannis Pages Devall et Petri Puig tuorum venditorum predictorum qui hec previis nominibus laudamus firmamus et iuramus. Testes huius rei sunt: Petrus Oliver cultor ville Petralate et Monserratus Andreu laborator dicti loci de Palaciolo et aliis quibuscumque excepcionibus periculis approbo ego notarius infrascriptus manu propria. Sig + num mei Petri Ferrer auctoritate admodum illustrisimi domini vicecomittis de Ruperbertino notarii publici ville Petrelate habitatoris regentis notariam et escribaniam publicam dicte ville et pertinenciarum eiusdem pro discreto Dionisio Michaele Peres domino utili et proprietario earumdem qui hech scribi feci et clausi.

Palol de Vilasacra, 26 de Junio de 1564

## Juan Pagés de Vilatenim y Pedro Puig de Cinclaus, tutores de Margarita, huérfana de Juan y Margarita Masó de Vilabertrán, declaran haber recibido de Jerónimo Andreu y Jaime Moner, administradores de Caridad común de Vilasacra, sesenta y una libras, precio de la venta de un censal.

Sit omnibus notum quod nos Joannes Pages Davall loci de Vilatenimo et Petrus Puig loci de Quinque Clavibus tutores dicti discreti et assignati per venerabilem curiam loci de Vilabertrando persone et bonorum Margarithe filie heredes Joannes Maso iunioris et domine Margarithe coniugum deffunctorum loci de Vilabertrando gratis et ex certa sciencia dicto nomine ach eciam nomine nostro proprio confitemur et recognoscimus vobis honorabilis Hyeronimo Andreu loci de Palaciolo de Vilasacra presenti et Jacobo Moner eciam cultori loci de Vilasacra gerundensis diocesis absenti anno presenti charitaderiis charitatis comunis dicti

loci de Vilasacra vulgo dicta den Jordi Llombart quod dedistis et solvistis nobis dictis nominibus nosque a vobis prefato nomine habuimus et recepimus et de voluntate dicti Puig ego Joannes Pages voluntati nostre omnimode numerando in notarii et testium infrascriptorum presentia sexaginta unam libras monete Barchinone pro quibus sive quarum precio nos dictis nominibus vendimus vobis prefato nomine et dicte charitati et vestris in administracione dicte charitatis succesoribus et quibus dicto nomine volueritis et voluerint perpetuo instrumento tamen gracie redimendi mediante sexaginta unius librarum prefate monete Barcinone prout hec et aliaque plurima in dicto vendicionis censualis instrumento die presenti et infrascripta in posse notarii infrascripti paulo ante confecto largiflue rexerantur et ideo renunciando ad cauthelam excepcioni dicte peccunie non numerate non habite et non recepte preciique predicti non habiti non recepti et doli de predictis sexaginta una libris per vos dic //to// nomine nobis premissis omnibus ut prefertur exsolutis presentem vobis facimus apocham de soluto et de recepto in fidem testimonium presentis cum pacto firmissimo de ulterius aliquid non petendo seu de non agendo solempni stipulacione vallato prout melius et utilius ad vestrum vestrorumque bonum sanum et firmum intellectum dici potest et intelligi. Actum est hoc in loco de Palaciolo de Vilasacra die vegesima sexta mensis iunii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Sig. + na Joannis Pages et Petri Puig tutorum confitentium predictorum qui hec dictis nominibus laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Petrus Oliver cultor ville Petrelate et Monserratus Andreu laborator dicti loci de Palaciolo. Sig + num mei Petri Ferrer auctoritate admodum illustrisimi domini vicecomittis de Rupperbertino notarii publici ville Petralate habitatoris regentis notariam et scibaniam publicas dicte ville et pertinenciarum eiusdem pro discreto Dionisio Michaele Peres domino utili et proprietario eiusdem qui hec scribi feci et clausi.

*Notitia Dorsalis*

Censal de pensio de LXI lliuras preu de LXI sous venut a la caritat de Vilasacra per Joan Pages de Vilatenim y altres encerts noms y Pera Puig del veynat de Sinc Claus parrochia de Empurias per la pubilla Margarite de Vilabertran.

— libras 1 sou IIII diners.

# XI

Castelló de Ampurias, 17 de octubre de 1588

Miguel Dalmau de Torroella de Fluviá, con el consentimiento de Bartolomé Sopa y por autoridad de Ermenterio Sunyer, juez de Castelló de Ampurias, con motivo de la muerte de su esposa, se desvincula de la tutoría de su suegro Juan la Martina, rechazando al propio tiempo la dote de aquélla que le correspondía.

(Dim.: 340 x 380 mm.; Caja: 290 x 340 mm.)

Noverint universi quod ego Michael Dalmau cultor loci in rivelle de Fluviano gratis et ex certa scientia procedens in hiis de consensu consilio et voluntate Bartholomei Sopa cultoris dicti loci curatoris mei presentis et inferius consencientis et firmitatis necnon cum aucthoritate et decreto magnifici Ermanterii Sunyer illustrisimi domini iudicis curie ordinarie magnifici viccarii et honorabilis baiuli ville Castilionis et comitatus Emporiarum presenteque in hiis et assistente Michaele Dalmau cultori dicti loci cognato meo per me et meos heredes et successores quocumque presentes atque futuros confiteor et recognosco vobis Johanni la Martyna cultori cortalium Castilionis vocari et olim curatori meo presenti quod venistis mecum et ego vobiscum ad bonum verum iustum rectum et legale compotum et veredicam rationem de et super omnibus et singulis peccunie quantitatibus rebus bonis et iuribus meis universis per vos ut olim curatorem meum predictum receptis rectis exactis gubernatis quomodolibet et administratis et qua ratione dicte cure ad manus vestras quomodolibet persenerunt et tam de quibus inventarium factum fuit quam alias de quibus omnibus et singulis compotum et racionem michi reddidistis singulariter et distincte omni fraude et dolo remottis quo computo facto et legittime examinato nedum semel bis ter sed etiam pluries calculatis dictis computis choequatisque datis cum receptis solucionibus et expensis inde factis per Galcerandum Busquets notarium publicum Castilionis infrascriptum calculatorem inter vos et me comuniter electum et nominatum compactum fuit vos racione dicte cure recepisse de bonis meis et ad manus vestras pervenisse ducentum sexaginta duas libras et quatuordecim solidos comprehensa dote Raphaele quondam uxoris mee filie vestre quam ego vobis restituere debebam et comprehensa legittima vobis competenti super bonis dicte quondam uxoris mee filie habita eciam ratione precii /tachado/ rutu hereditatis mee per vos vendicarum cuius exactio oneri vestro cedit habita eciam ratione de ungorets per me facta in terris cortalii dicti Den Coll cortalium Castilionis et de granis quibuscumque per vos ex hereditate mea receptis et solvisse pro me et hereditate mea et expendisse habita racione dotis dicte uxoris mee filie vestre et laboribus per vos pro inde racione dicte cure susceptis quatuor centum nonaginta unam libras quinque solidos et tres denarios sich quod deductis receptis asolutis per vos factis racione dicte cure compertum fuit et constat me vobis restituturum esse et refundere debere ducentum viginti octo libras undecim solidos et tres denarios barchinonenses deducto salario administracionis dicte cure vobis competenti quod vos graciosse remissistis quasquidem

ducentum viginti octo libras undecim solidos et tres denarios barchinonenses vobis solvere debeo prout in debito instumento per me de eisdem vobis firmando continebitur confitens eciam vobis quod restituistis michi libras computorum instrumenta et scripturas que apud vos erant predicta hereditate mea faventia et faventes confiteor eciam vobis quod circa regiminem administracionem exercitium dicte cure bene fideliter et legaliter vos habuistis utilia mea procurando et inutilia pro viribus evitando sich quod ex computis per vos deductis et exibitis constat proserto res meas salvas fore et esse et inde nichil culpa aut negligentia vestra de bonis et iuribus meis omnium fuisse unde laudando approbando rattifficando et confirmando predicta computa et omnia alia et singula supradicta renunciando quod exceptioni dicti computi bene et fideliter non redditi et examinati bonorumque et rerum ach reliquorum predictorum non habitorum et non receptorum et errori calculi et legi sive iuri dicenti quod propter errorem calculi computum retractetur dolo malo et actioni in factum ad chautelam absolvo dono diffinio penitusque remitto et relaxo vobis dicto Johanni la Martina olim curatori meo predicto et vestris perpetuo omnem actionem tutele seu cure quam contra vos et vestros bonaque et iura vestra et eorum facere proponere movere seu intemptare possem tam racione dicte cure non bene geste inventariique predicti per vos dictum socerum et olim curatorem meum ut decet non confecti librique racionum ut decet non tanti quam alias racione cuislibet culpe late levis levissima quam alias aliis quibusvis racionibus iuribus titulis sive causis ex dicta cura resultantibus quocumque nomine censsantur itaque a cetero ipsorum iurium et actionum occasione non possitis impeti inquietati vexari molestari perturbari in iudicium seu causam trahi promittens vobis quod ego vel mei supradictis successores non faccimus proponemus movebimus seu intemptabimus contra vos seu vestros bonaque et iura vestra et vestrorum ullo unquam tempore actioni aliquam questionem petionem vel demandam nech inferenti consensiam nech predicta computa retractabo nech petam aliud computum a vobis super predictis michi tradi nech deceptionem lesionem vel nullitatem aliquam allegabo propter quam possit huiusmodi diffinicioni aliquatenus obviari quinimo predictis omnibus et singulis et omni eorum actioni impono michi et meis silentium sempiternum et omnem agendi viam a me et meis cum presenti precludo et abdico facioque vobis et vestris bonum et perpetuum finem et diffinitionem ach liberationem pactumque reale validum et solempne de ulterius aliquid ex et pro predictis non petendo seu de non agendo solempni stipulatione vallatum prout melius et utilius ad vestri et vestrorum utilitatem et commodum bonumque et sanum intellectum dici potest et intelligi et nichilominus super predictis omnibus et singulis absolvo vos per aciquilianam stipulationem precedentem et acceptilacionem subsequentem verbis legittime interpositas volens eciam et consensiens vos et vestros bonaque et iura vestra et vestrorum esse analogistas franchos videlicet et quietos liberos et inmunes a rationibus distrahendis et reliquis sique fortificerint reffundendis et restituendis insuper ut predicta omnia et singula maiori gaudeant roboris firmitate non vi nech dolo sed sponte convenio et promitto vobis et vestris in hiis successoribus ach etiam sponte iuro in animam meam per dominum Deum et eius sancta quattuor evangelia manibus meis corporaliter tacta in manu et posse Galcerandi Busquets notarii infrascripti tanquam publice persone hec a me legittime pro vobis et vestris et aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et intererit in futurum stipulantis pacissentisque et recipientis

huiusmodi diffinitionem aliaque omnia et singula que et prout dicta sunt super me et meos semper ratta grata valida atque firma habere tenere et servare attendere et complere et contra ea non facere vel venire aliquo iure causa vel eciam racione cure iuramenti virtute quia minor sum viginti quinque annis major vero viginti renuncio super hiis scienter fieri minoris etatis et ignorantie beneffícioque restitucionis in integrum et omni alii iuri hiis obvianti ad hec ego dictus Bartholomeus Sopa curator dicti Michaelis Dalmau adulti hiis presens quia calculacioni dictorum computorum interfui predictaque veritatem in se continere percipio ideo dicte difinicioni consensio eamque laudo et firmo et ego dictus Ermanterius Sunyer iudex ordinarius preffatus hiis presens predicte huiusmodi deffinicioni tanquam actui legittimo et aucthentico ach ad utilitatem dicti adulti facto auctoritatem meam iudicialem interpono pariter et decretum causa cognita. Actum est hoc in villa Castilionis Emporiarum die decimo septimo mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octavo. Sig + na Michaelis Dalmau diffinientis Bartholomei Sopa consencientis et Ermanterii Sunyer iudicis decretantis predictis qui hec laudamus firmamus et ego dictus Dalmau iuro. Testes huius rei sunt: Petrus Pont parator et Giraldus Sunyench domifficator.Castilionis. Sig + no Galcerandus Busquets ville Castilionis auctoritate Excellentisimi Domini Comitis Empuriarum notarius publicus per totum eius comitatum substitutus in notaria dicte ville dicta den Bofill hec per me / roto / scribi feci comprobavi subscribi et // clau // si.

*Notitia Dorsalis*

Diffinisio feta per Miquel Dalmau de Torroella de Fluvia a Joan la Marthyna cartaler dels cortals de Castello. De tudela //26// 2 lliures //14 sous//.

## XII

Vilasacra, 1 de mayo de 1604

Testamento de Pedro Martí, natural de Cardedeu y vecino de Vilasacra, en el cual nombra albaceas a Salvador Renoau, a su cuñado Miguel Almar de Palau Sabardera y a su esposa Caterina Martina. Elige sepultura en el cementerio de la iglesia de San Esteban de Vilasacra; establece ciertas cantidades de dinero para aniversarios, novenas, trentenarios, también para su hija Mariana asi como para su mujer a la que nombra usufructuaria de sus bienes. Designa, por último, heredero universal a su hijo Francisco Martí y en caso de que éste falleciese a su hija o a su mujer y finalmente a Jesucristo, haciendo celebrar misas por su alma y por la de su esposa.

(Dim.: 323 x 284 mm.; Caja: 277 x 275 mm.)

En nom de nostre Senyor Deu Jesucrist fill y de la gloriosa y humil Verge Maria mare sua que no vol que ningu en carn posat paresca ans be tots aquells qui en ell tenan ferma fe y sperança salva y guarda y als seus desijats goig de paradis beneventuradament aporta desig jo Pere Marti negociant natural del lloch de Cardedeu bisbat de Barcelona vuy empero habitant en lo lloc de Vilasacra debingut de malaltia corporal de la qual me tem morir estant empero en mon bo entaniment sana e integra memoria e forma lo que la fas hi ordena quel meu testament o darrera ultima voluntat en e ab lo qual pos y ellegesh per manumisors meus y de aquest meu testament executors ço es a saber a senyer en Salvador Renoau pages del loc de Vilasacra y a Miquel Almar pages del lloc de Palau Saverdera cunyat meu y a Catharina Martina muller meva als quals do y conferench plen poder tam prest com la mort sia seguida de exegir y compler aquest meu testament eo darrera y ultima voluntat segons baix trobarant scrit y per mi ordenat altrament tal y tanta lloaltat qual y quanta a semblants manumisors es acostumada donar y tribuir tant de consuetut com de dret e primerament e ans de totes coses com la anima sia mes presiosa que lo cos aquella coman al Altisim creador qui aquella de no res ha creada ha imatge y semblansa sua y vull y manque tots los deutes que jo acusi lo dia de la mia fi y les injurias a restitutio de les quals sere obligat sien pagats y restituides breument simplement e sumariament de be y pla sens stirp ni figura de juy la sola veritat del fet abusat a conaguda dels dits mos manomisors y de mon hereter baix scrit elegesch la sepultura al meu cos fahedora en lo cementiri de la sglesia de Sant Steva de Vilasacra y deix per dret de sepultura als preveras de aquella sis mijerts de ordi com de mos ca / roto / es acostumat dexar y pagar en dita parrochia de Vilasacra. Item vull y man quem sia fet cos persent novenal y cap de any en dita sglesia y que lo dia del cos present novenal y cap de any hi entrevingan dotza preveras per quiscuna vegada qui missas celebrian y altrament a Deu preguian per anima mia y dels qui jo so tingut y obligat als quals vull y man que des de mos bens per mon hereter baix scrit los sia donat lo eb per lo soterrat o cos present un real a cada

